



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 247. Jacobus Scotiæ Rex e vinculis ereptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)


solemnibus sumptuosum instruebatur con- Sæcul. XV.  
A.C. 1424.  
vivium, in quo Cæsar primum locum oc-  
cupabat, a dextro sibi assidentem tenens  
Poloniæ Regem, a sinistro Ericum; idem  
dextrum latus post Polonum occupabant  
Cardinalis Placentinus, & reliqui Prælati  
ordine suo succedentes; ad levam autem  
Principes sæculares confederunt. Prin-  
cipes isti ad preces Cardinalis Legati, an-  
tequam discessissent, conventum egerunt,  
in quo sancitum, quod Ladislaus, præter  
milites voluntariam militiam professos,  
quorum ingens erat numerus, insuper  
quinque Equitum millibus Sigismundo ad *Vid. supr. §.*  
prosequendum Bohemiæ bellum subsidio *CCXXVI.*  
adesset. Ipse Ladislaus arma in Bo-  
hemos convertere decreverat, eoquod Co-  
ributus jamjam Bohemicum iter aggres-  
sus esset, regni hujus insignia suscepturnus,  
quem ideo Rex Poloniæ publicatis ejus  
bonis proscriptis.

### §. CCXLVII.

#### *Jacobus I. Scotiæ Rex, e vinculis liberatus.*

Hoc anno Jacobus I. Scotiæ Rex, post- *Boet. l. 16.*  
quam octodecim omnino annis in *& 17.*  
Anglia carceri mancipatus esset, libertati  
assertus dicitur. Filius erat Roberti III,  
Anno Domini millesimo quadringentesi-  
mo

Sæcul. XV. mo sexto ab Anglis in Gallia captus, Pa-  
A.C. 1424. tre suo adhuc vivente, qui accepto tristi-  
nuntio paucis diebus superstes erat. Jac-  
cobo libertas concessa non fuit, nisi ea lege,  
ut Joannam Comitis de Sommerseto Fi-  
liam sibi desponsaret, ex cuius dote cen-  
tena millia Marcarum argenti tanquam  
libertatis suo lytrum, prout conventum  
erat, Anglis soluta fuerunt. Die 21. Ma-  
ji hujus anni regium diadema sumpsit, &  
ubi in Comitiis generalibus a Scotiæ Or-  
dinibus Rex agnitus fuit, nonnullos, qui  
captivitatis suæ tempore indignos Regni  
administratores sese exhibebant,  
severe coercuit.



HISTO-